Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Zwei Kolleghefte - Cod. Ettenheim-Münster 161

Clasmann, Clemens

[S.l.], 1619

Quaestio quarta

urn:nbn:de:bsz:31-114235

Visual Library

QVAESTIO QVARTA.

An Logica sit scientia?

Tres erunt huius quæstionis partes, in 1.ma aliquot argumentis probabitur pars negans. In 2.da premissis duabus notationib. totidem conclusionibus pars lagens tanquam verior explicabitur. In 3.o argumenta pro parte negante allata diluentur. Non esse itaq Logicam scientiam probatur 1.mo Scientia certum habet subiectum circa quod versatur, sed Logica non habet eiusmodi subiectum g.o Logica non è scientia. Maior probr. quia aliàs scientiæ confunderentur nec esset ullus ordo aut distinctio inter illas, cùm distinctio scientiarum petatur ex subiecto. Minor prob. quia Logica per omnia rerum genera vagatur, ita ut dicatur versari circa quæstionem de re quæ nis proposita. Probatur 2.do Logica est modus sciendi g.o non est scientia probr ex auth. Arte l. 2. Meta. c. 3. tex. 15. ubi dicit absurdum è simul et modum sciendi et scientiam quærere: ubi nomine modi sciendi ipsa Dialectica intelligit, g.o non est scientia. Consequens probr à simili modus 2. operandi non est operatio. V.g. modus calefaciendi non est calefactio, cùm hæc tribuatur igni et soli diversis modis g.o nec modus sciendi est scientia. Probr 3. Scientia est de reb. perpetuis et incorruptibilibus, sed Logica non est de reb. perpetuis et incorruptibilibus g.o non est scientia. Maior probatur auth. Artis l. 2. poster. Analit. c. 2. ubi hoc ipsum demonstratur. Minor probr quia Argumentationes V.g. (quod etiam dicendum est de Diuisione et definitione) cum ipsa disputatione è desinunt g.o sunt corruptibiles, et quod hinc sequitur non perpetua et incorruptibiles. 4.

[illegible] negans probatur.

Obiectio.

[illegible] subiectum proximum negatur, remotum concluditur quod Logica habet certum subiectum.

[illegible] scientiarum distinctio petitur [illegible] subiecto.

Obiectio.

[illegible] nisi negatur, impropriè concluditur.

[illegible] modus sciendi appellatur.

Obiectio.

[illegible] consistendiues.

[illegible] sanctum non solet è eiusdem [illegible] cum [illegible], cui perseuerando cum [illegible] Colossens. 1/24.

[illegible] esse de reb. perpetuis [illegible] et incorruptibilib.

[illegible] sumuntur relinquitur.

[illegible] perpetuis in necessitate, sine [illegible], sine non: Vel [illegible] excludentibus. Prob [illegible] 50.

[illegible], ubi necessitas in propos. [illegible] predicatum contingit, [illegible] è cum subiecto.

probari et idem Auth. Artis qui lib. 1. Rhet. c. 2. a
parte docuit: Logicam non esse scientiam sed facultatem.

Pro resolutione quorumdam argumentorum propositorum solutione. Notandum 1.mo ex Arabum sententia duplicem esse scientiam docentem, et Utentem. Docens est illa de certis rebus recte disserendi habitum comprehendit. Utens verò, quæ rationem illam ad quamcumq scientiam vel res quarumvis explicandas accommodat; quidem potius usus Logicæ quàm Logica dicenda est.

Docens è à rebus ab

Utens cum rebus conent

Notandum 2.do nomen scientiæ 3pliciter usurpari: 1.mo huiusmodi pro qualibet cognitione, sive illa sit sui contingentis, sive necessaria, itemq sive illa cognitio sit certa sive incerta, quo pacto omnes scientias vocamus, et sive dicimus, quemq tandem quamvis rationem cognoscimq. 2.do strictissime pro solis scientijs contemplativis quæ modo scientiam (iudicio multorum) accepisse videntur Artes. in 6. Ethic. c. 3. et accipiunt ferme omnes, qui negant Dialecticam esse proprie scientiam. 3.tio usurpant nomen scientiæ medio quodam modo, id est, minus latè, quàm in prima significatione, minus anguste, quàm in 2.da pro omni et sola notitia certa et evidenti per demonstrationem comparata; quo sensu Artes definit scientiam 1.o Poster. c. 2. eamq dividit 6. Metaph. c. 2. in Practicam et Speculativam, ubi adverte ad minimum tres conditiones requiri ad scientiam. 1.ma est ut sit cognitio certa et non dubia. 2.da ut evidens, hoc est, tam perspicua, ut quadiu apprehensio terminorum durat, non possimus dissentire. 3.a ut per demonstrationem sit acquisita.

Nomen scientiæ tripliciter usurpatur

Primum

Pro qualibet cognitione: sive divina sive humana, et certi cognoscimus et quæ opinione aut fide tenemus. 1. 34.

Strictissime

Pro solis scientijs contemplativis.

Medio quodam modo minus latè, quàm in 1.a, minus anguste, quàm in 2.da quod tertium significatum Logicæ est scientia.

Scientia 3plex. Pro Contemplat.

Tres conditiones ad quam tria

1.ma ut sit cognitio certa.

2.da ut sit evidens.

3.tia ut sit per demonstrationem acquisita

dm 1.am Condit:
dm 2.da
dm 3.tia

Prima Conditio excludit cognitiones dubias, ut fidem humanam, opinionem, suspicionem, errorem. Secunda fidem divinam et S. Theologiam quae certitudinem habent, sed non evidentiam. Tertia divinam et Angelicam scientiam et notitiam primorum principiorum quae sine demonstratione acquiruntur et cognoscuntur.

...tia rursum explex:
...ualis.

Porro haec scientia in 3.tia acceptione (sicut etiam in 1.ma et 2.da) vel est Actualis vel habitualis. Actualis est ipsamet cognitio intellectus, quae tamdiu solum durat, quamdiu intellectus operatur, id est, cognoscit. Habitualis est facilitas quaedam, id est, permanens qualitas relicta in illectu, ex multis actualib. scientijs antegressis, et inclinans eundem intellectum ad similes actus promptius eliciendos quae in cessante et dormiente quoque firma persistit. Quando igitur quaerimus an Dialectica sit vera scientia non quaerimus de scientia in 1.mo vel 2.do significato, nam de 1.mo certa est pars affirmativa, de 2.do negativa concluditur, sed in 3.o

...itualis: est facilitas ad ...gidam scientiam actualem ...ntatione actuum relicta ...intellectu, quamvis ferie persistens.

Prima Conclusio Logica Utens non est scia. Hanc conclusionem probant argumenta in initio proposita, nam versari circa rem quamvis esse modum sciendi argumentari actu non tam Logicae docentis quam Utentis sunt proprietates. Accedit quod Logica Utens non sit cognitio modi sciendi vel cognoscendi, sed illius cognitionis usus; nam illo modo cognoscendi sive sciendi quem in Logica docente didicimus, in alijs scientijs per Logicam Utentem utimur. Unde potius Usus Logicae quam Logica dicenda est. Hinc etiam fit ut subinde instrumentum vel Organum tum Philosophiae tum Scientiarum appelletur.

...ta habes in initio huius ...is.

...Utens: Usus Logicae ...llanda est.

Conclusio 2.da Logica docens est vere ac proprie scientia. Probatur 1.mo docens Logica est ea cog-

nitio q̃ per demonstrationem partim comparari pt. q.° est scia.
Consequentia patet ex definitione scientiae. Antecedens pro-
batur: quia Dialecticus demonstrat de modo disserendi in com-
muni, quod sit aptus ad docendum per caam hanc, quia est
oratio ex notis ignota patefaciens. De divisione quod con-
fusione liberet mentem per hanc caam, quia est oratio q̃
totum per partes explicat. De definitione quod perfectam
naae perceptionem pariat: per hanc caam quia est oratio
explicans naam rei per genus et differentiam. Ita de
argumentatione, quod fidem faciat, per istam causam,
quia constat aliquo invento ad fidem faciendam. De
demonstratione quod scientiam gignat per hanc caam,
quia constat ex necessarijs. De Syllogismo Dialectico, q
opinionem gignat, quia est Syllogismus constans ex pro-
babilib. De pseudographo quod errorem pariat, quia
constat ex ijs q̃ necessaria videntur, et non sunt.
De Sophistico quod deceptionem generet, quia constat ex
ijs q̃ probabilia videntur et non sunt. Ita perspi-
cuum est Logicam partim comparari demonstratione, par-
tim comparari posse. Probr. 2.do tum aliquid verè
ac propriè nos scire arbitramur, cum illud per pro-
pria principia intelligimus, ut saepe Artes et caeteri
Philosophi docent, sed Dialecticus cognoscit omnes disseren-
di modos per propria earum principia, hoc est proprias ea-
rum partes, et per particulares definitiones ac per se no-
tas propositiones (ut ex universa Logica patet) ergo Lo-
gica docens est verè ac propriè scientia. Probr. 3.°
Actus voluntatis quatenus ad bene beateq̃ vivendum re-
feruntur cadunt sub aliquam veram scientiam diversam
à Physica, q̃ de naa eorum agit, sub moralem videlicet,
q.° etiam actus intellectus quatenus ad disserendum spe-

Scientia pro omni et solâ notitia certa et evidenti per demonstrationem comparata est.

Dialecticus de modo disserendi demonstrat in communi.

De Divisione.

Definitione.

Argumentatione.

Demonstratione.

Syllogismo Dialectico.

Syllogismo Pseudographi.

Syllogismo Sophistico.

Probatur 2.do Logicam docentem esse verè ac propriè scientiam.

Probatur 3.°

stant, cadunt sub peculiarem aliquam eamq verè ac pro-
prie scientiam distinctam à scientia de Anima, quae de
eorum naa disputat. Ad haec nulla est alia quàm Logi-
ca, ergo Logica est verè ac propriè scientia.

ad primam in initio proposi-
am obiectionem respond:

Ad Argumenta initio proposita respondetur 1.mo in
genere ad omnia ea, aliud n. probare quàm Logicam impro-
prie dictam, id est, Vlentem non esse scientiam ea ratione,
qua etiam diximus 1.am nram conclusionem illis confirmari,
in specie verò et ut ad primum argtm respondetur. Notan-
dum rplex posse esse subiectum alicuius sciae.

biectum alicuius scientiae
et duplex:

Proximum sive in-
trinsecum.

Remotum sive extrin-
secum.

Proximum videlicet et intrinsecum. Illud scilicet
cuius naa et proprietates traduntur in scientia, et re-
motum sive extrinsecum cui videlicet proximum illud
suo modo accommodatur. De illo igitur si loquamur con-
ceditur maior, et negatur minor. Nam subiectum pro-
ximum Logicae est certum et determinatum scilicet modus
disserendi. De hoc verò si loquamur negatur maior qa
non est necesse, ut subiectum remotum sit determinatum
et certum, et conceditur minor. Res n. quib. adhi-
betur modus disserendi quem tradit Logica, non sunt de-
terminatae, cum modus ille ad quamlibet rem illigendam
et explicandam accommodari possit.

biectum proximum debet ce-
rtum et determinatum:

motum non e necesse ut sit
iusmodi.

Ad 2.dam Obiectionem

Ad 2.dum negatur Antecedens de Logica docente ratio est
quia haec est nec vocatur proprie modus sciendi, sed impro-
prie admodum, quod videlicet modum illum tradat. Vnde
potius cognitio modi sciendi, quàm modus sciendi est et
nuncupatur.

Ad 3.tiam Obiectionem

Ad 3.tium argumentum negatur minor, et ad propositio-
nem illius respondetur Argumentationes, Divisiones,
definitiones &c spectari posse duob. modis 1.mo

in Universali sive quatenus universales sunt, quo modo, ubi et cætera universalia incorruptibiles sunt et sub Logicam ut scientiam cadunt. 2.do Spectari possunt in Singulari, sive ut singulares sunt et actu fiunt, et hoc modo sunt corruptibiles et desinunt esse una cum disputatione. Sed hoc modo in Logica de illis non agitur, nisi per accidens, quatenus videlicet sub Universalibus comprehenduntur. Nam scientiæ sicut et definitiones non sunt singularium sed universalium videlicet per se et immediatè. Ad Authoritatem Artis respondetur illum loqui de Logica Utente, vel si de docente loquamur non de tota sed de parte Topica exaudiendum esse.

Primo modo in Universali

Secundo in Singulari.

Quo modo intelligendum sit dum Logicam esse modum sciendi.

QUAESTIO QUINTA.

Utrum Logica sit scia contemplativa, an u.o Practica?

Speculativa scientia considerat obiectum absque ullo respectu ad rationem

Speculativa ut D. Thom. agit subiecto resolvendo, id est, naturam et partes explicando. Conimb.

Duæ hac de re sunt sententiæ. Altera Logicam esse sciam Contemplativam: quæ probatur primo. Illa scientia est contemplativa q̄ tradit omnia more contemplativo, sed Logica est talis. g.o Minor probatur quia Logica explicat naturam Syllogismi et aliorum modorum disserendi eorumq̄ principia, partes, et proprietates tradit, qui modus est proprius contemplativæ scientiæ. 2.do Si Logica non esset contemplativa sed practica, vel esset activa aut effectiva, sed neutrum dici pt. g.o non est practica. Minor probatur, quia omnes activæ pertinent ad mores ad quos tn non spectat Logica. Effectivæ autem sunt mechanicæ, in quibus non est Logica. 3.o quia licet hæc scientia referatur ad opus disserendi, eius tn finis proximus n est ipsum disserendi opus, sed intelligere, quo pacto sit disserendum. g.o non est practica sed contemplativa.

Obiectio 1.ma

Obiectio 2.

Activa scia

Cuius finis est praxis seu opera

Effectiva

Cuius finis est opus sensibiliter corporeum.